

fitim exleret, inconfolabili lacrimarum fluxu præ dolore, ne videret puerum morientem, per aliquale, sed breve spatium se absentavit ab eo, cui Angelus apprensus, aperiens oculos ejus indicavit aquarum puteum, quæ sollicitè hauita, puerum in salutis statum restituit; in hac historia, primo notandum est ex *Lyrano*, & *Peregrino* in eodem cap. 21. *Genesis*, quod *Ismael* erat ætatis annorum 20. circiter; secundo *Agar* non abiecit Puerum, sed salutem desperavit, ut notat *Augustinus* in *Genesi* q. 50., & post eum *Peregrinus* supra num. 18., in nostro autem casu, *Moyfes* Pollonus abiecit puellam mensum tresdecim sicis oculis, abiit in longinquam regionem, quantum sit iter plurimum dierum, sine evidenti necessitate, non tantum spem, sed ipsam puellam dereliquit; unde tanto promptius debemus dicere, quod Angelus Domini indicaverit Sanctæ Matri Ecclesiæ fontem baptismalem, ut ex eo salutari aqua renascatur.

Ex quibus clarè constat, non posse *Moyfen* Pollonum obstare, ne *Bella* puella exposita pulcritè fiat per baptismale lavacrû, ex quo Patriam potestatem irrecuperabiliter in eam amisit, neque *Hæbreorum* Universitatem esse audiendam, quia Jus nullum habet in puellam, ut supra ostensum est.

67 Quod verò ex adverso scribentes dicebant, ad baptismum requiri consensum, vel baptizati, vel Parentum, vel alterius offerentis juxta *Consilium Navari* 4. de conversione infidelium.

Primo respondeo ad validitatem baptismi infantis, nullum consensum requiri, secus ad baptismum Adulti, quidquid dicat *Navarus*, contra quem fuit judicatum, & practicum teste *Benzono Episcopo* in *Speculo* lib. 1. q. 9. dub. 1.

Pars prima patet, quia in baptismo privatim in domo administrato, ob imminens periculum vitæ pueri, non est necessario adhibendus *Patrinus*, qui pro puero consentiat, ut docent *Theologi* in 4. dist. 42. q. 67. art. 8.; *Sanchez* de *matrim.* lib. 7. disp. 62.; *Suarez* de *baptismo* q. 67. art. 8.; & habetur in manuali *Parochorum* tit. de baptismo; *Reginald.* lib. 27. cap. ult. num. 68.; *Thom.* de *Argentina* in 4. dist. 4. art. 3. vers. vel nunquam, *Cajetan.* in 3. p. 9. 68. art. 10.,

*Belarmin.* *controvers. fidei* tom. 3. lib. 1. de sacram. baptismi cap. 11. propos. 5. vers. ex quibus omnibus, *Beccanus Summa Theologiæ de sacram. Baptismi* cap. 10. num. 3.; *D. Bonaventura* in 4. dist. 6. part. 2. art. 2. q. 1.; *Diana* p. 7. tract. 7. resol. 67.; *Vasquez* in 3. part. q. 68. art. 10. cap. 6.; *Nald.* *Ver. Baptismus* num. 21.; *Bonacina* de *Baptismo* disp. 2. q. 2. punct. 6. n. 15. Vers. in *Pueris*, aliq; plures apud eosdem allegatos, & est communissima sententia.

Et ex *Juristis*, *Sperell.* *decis.* 1. num. 36.; *Carena* de *Sancto officio* p. 2. tit. 14. *Judeis* nu. 45.; ubi notat falsam esse sententiam *Calderini*, & *Paschalis* aliter sententis.

Et faciunt ea quæ diximus supra, quod infans morti proximus, etiam sub patria potestate existens, validè, & licitè baptizatur, licet non consentiant Parentes, vel nullus offerat; assignant rationem, *Bordonus* in *sacro Tribunali* c. 25. num. 30.; quia Patria potestas tangit tantummodo corpus, quod mox per mortem deficiet, nec se extendit ad animam, pro qua, & parentes deberent salutem æternam procurare, & est regula, quod ad validitatem baptismi sufficit, quod in baptismo non invenitur obex contrariæ voluntatis, loquendo de infantibus.

68 In his ergo infantibus non requiritur ipsorum consensus, quia carent usu rationis, neque alterius de necessitate, sed sufficit intentio, & consensus Ecclesiæ, tamquam Matris Universalis Fidelium, quos tota virtute instruit, & dirigit ad gloriam, ac propterea in fide Ecclesiæ baptizantur, quod nervosè ostendit *Belarmin.* in *controvers. Fidei* tom. 3. lib. 1. de *baptismo* c. 11. Vers. *Quinta* propositio, qua propter dum *Durandus* in 4. dist. 4. q. 7. num. 12. dicit, quod saltem requiratur consensus ejus, sub cujus cura degit infans; cum Puella exposita, & à parentibus derelicta sit sub cura, & tutela Ecclesiæ, benè ex consensu Ecclesiæ poterit omninò baptizari.

69 Aliud etiam notandum est, quod filiis infantibus à parentibus derelictis, dandus sit Tutor Christianus, qui eos tueatur, & instruat, ut probat *Ricciol.* de *Jure personarum extra Ecclesiæ* lib. 2. cap. 32. nu. 16.; *Sperell.* *decis.* 1. num. 7.; ubi, quod spectat ad Ecclesiam hujusmodi Tutorem dare, quod importat magnum favorem Fidei, & num. 20.,

num. 20.; quod à supremo Sacræ Inquisitionis Tribunali, ita probatum, & confirmatum sit die 11. *Januarii* 1625., & nu. 24. Undè non est habendum in consideratione scriptum in contrarium, per *Navarum* *consil.* 4. de *conversione infidelium* columna 14. Vers. tum quod, dum contra illud fuit sententiatum.

70 Nec potest obstare illud, *Pauli* 1. ad *Corinthios*, de his qui foris sunt nihil ad nos, quasi ante baptismum isti infantes infidelium foris sint, quia si loquamur de Adultis universaliter verum, cum militem involuntarium non acceptet Deus, & de istis Ecclesia solùm potest prædicatione, & consilio curare, ut cognoscant veritatem Fidei, & Deo auxiliante spontè Fidem acceptent; si verò de infantibus, idem admittimus quousque sint sub patria potestate, at si semel liberentur, prout liberantur, quando Pater eos exponit, tunc quia cadunt sub protectione Ecclesiæ, ut supra probatum est; ad Ecclesiam pariter spectat eos instruere, tueri, & ad Cœlestem patriam dirigere, nec de istis loquitur *Apostolus*, idè *D. Augustinus* *Serm.* x. de *Verbis Apostoli*, ait, quod Ecclesia hujusmodi infantibus accomodat pedes, ut veniant, Cor ut credant, aliorum linguam, ut fateantur.

71 Neque ad hoc potest obumbrare veritatem, *tex.* in c. *Maiores* de *baptismo*, in quo videtur declarari, quod in baptismo requiratur Fides, & Caritas, attentis locis scripturarum per hæreticos allatarum; Attamen non merebitur afferri à *Doctore Catholico*, *Innocentio III.* ea loca declarat, intelligenda esse de Adultis, & *Concilium Trid.* *sess.* 7. de *baptismo* can. 13. definit infantes paruulos capaces esse Baptismi, ac gratiæ per eum recipiendæ, vel ut explicant plures *Theologi* magni nominis, & ipsi infantes habent Fidem, & Charitatem habitu, licet non actu, quia infunduntur tales habitus in baptismo à Deo, & hos habitus sufficere ad baptismum, quorum opinionem approbat, *Clementina unica de Summa Trinitate*, & *Fide Catholica*, quam *Fusus* explicat *directorium Inquisitorum* p. 1. folio mibi 24. Vers. *Opiniones*, ubi reprobatur, & confutatur opiniones contrarium asserentes, tamquam errores.

72 Secunda pars responsionis, quod in Adultis requiratur consensus, Fides, & Cha-

ritas, est *tex.* in cap. *sicut* *Judei* de *Jude.* & *Saracenis*, & allegati per *Quintana* d. *nas* de *baptismo singulari* 15.; quia sicut infantibus reperitur solùm originale peccatum delendum, quod contrahitur sine proprio consensu, & voluntate, ita sine proprio consensu, & voluntate deletur, e contra verò in Adultis, quia præter originale, invenitur etiam peccatum actuale, quod propria voluntate, & consensu adulti committitur, ita nec deleri potest sine actu Charitatis, idèque in adultis propria voluntas, & consensus requiritur.

Sequitur ergo, quod *Bella* puella possit, & validè, & licitè baptizari, quidquid oblatrent *Hebræi*, ut in simili dixit, *Sperell.* *decis.* 1. nu. 22.; nec ulla sit injuria Sacramento, sed ad Dei gloriam, & ad animæ salutem Sacramentum administratur.

73 Cessat pariter aliud objectum, quod si baptizetur invitis parentibus, puella major facta, posset ad ipsos parentes convolare, & fidem deserere, nam dum benè fuerit in fidei veritate erudita, non est timendum, quod eam fidem deserat, quam semel agnovit veram, ad allegata per *Vasquez* in 3. p. *D. Thom.* tom. 2. *disput.* 155. n. 54. Vers. quod verò, *Diana* p. 1. tract. 15. *resolut.* 45. Vers. *Tertia est sententia*, & in istis infantibus tanto certius cessat assertum periculum, quanto melius instruuntur, nec *Hebraicos* errores unquam didicerunt, undè in vera Christi Fide firmabitur, & non flectetur, *Sperell.* *dicta* *decis.* 1. n. 23.

74 Nec omitto, quod in hoc dubio dicunt *Doctores*, quod propter timorem asserti scandali non sit omittenda Sacramenti administratio; quia cum baptismus sit medium summè necessarium ad salutem non debet omitti propter timorem scandali remotè possibilis, quod & probabilius nunquam adveniet, prout in facto in hoc casu non advenit.

75 Dicebant autem, *Navara* dicto *Consil.* 4. nu. 15.; & *Paschal* de *Patria potestate* p. 1. cap. 7. nu. 4.; in casu puellam relinquentem esse divinæ providentiæ, quod dictum licet ipsi protulerint in uno sensu à veritate alieno, tamen quasi in mentis excessu profertantes in bonum sensum veritatis locutos, interpretari possumus, quod scilicet dum puella fuit à Parentibus derelicta, & divinæ providentiæ dimissa, hæc paravit ei salu-



ei salutis æternæ remedium, quo baptisma-  
si lavacro dealbata Deo placens ad gloriã  
valeat pervenire, hinc *Rutilius Benzonus*  
*Episcopus in suo speculo Episcoporum lib. 1. disp.*  
*9. 9. dub. 1. refert*, quod Jussu *Gregorii*  
*XI* Romæ in casu contingenti scripserit cõ-  
tra Consiliũ Navari, & contra plures alios,  
& reportata victoria in Judicio, de man-  
dato ejusdem Pontificis, ipse puerum ba-  
ptizavit.

76 Tandem quia, *Martinus Navara in præ-*  
*allegato Consilio 4.* potissimum innititur in  
20, quod Patria potestas nihil profit in  
Patre, ad effectum, ut velit puerum fusi  
baptizari, vel non baptizari, quia si Ma-  
ter venit ad Christi Fidem, Patre rema-  
nente in infidelitate, poterit Mater, quæ  
non habet patriam potestatem in filium,  
exposcere, & obtinere, ut apud se filius  
infans nutriatur, & baptizetur, *c. Judei*  
28. q. 1. igitur etiam considerato in nostro  
casu, quod *Moyfes Pollonus* amiserit pa-  
triam potestatem, tamen quia adhuc Pa-  
ter est, & Mater recuset puellam *Bel-*  
*lam* filiam suam baptizari, non poterit  
eis invitis baptizari.

77 Ex cap. fin. de convers. infidelium, patriam  
potestatem operari suum effectum favore  
fidei, non verò ex adverso in odium fidei,  
ita ut dato, quod Mater veniat ad fidem  
Patre remanente in infidelitate, potior sit  
vis, & Jus in Matre favore fidei, ad effe-  
ctum obtinendi filios apud se, & ratio est,  
quia ratione parentis effecti fidelis, Eccle-  
sia acquisivit Jus, ut possit filios illorum  
baptizare, etiam utroque parente invito,

id est, non solum dissentiente Parente in-  
fideli, sed etiam converso ad fidem pro-  
pter tale Jus acquisitum, ad allegata per  
*Farinac. fragment. Criminal. p. 2. V. fidei n.*  
*81.*, at quando uterque parens persistunt  
in infidelitate, tunc Ecclesia nullum Jus  
acquisivit, & idè tota ratio cur possint dis-  
sentire, ne filii baptizentur, est vis patriæ  
potestatis, vel sit alia potestas dirigendi  
filios, quam pariter amittunt Parentes ex-  
ponentes, & dereliquentes filios, qua  
sublata pro ut in casu, quo Pater expo-  
suit, & dereliquit filiam, non habet am-  
plius Jus dissentendi, & resistendi ne  
puella baptizetur; nec auctoritas *Navaræ*,  
in hoc quidquam operari potest, dum (ut  
notavimus supra) contra eum fuisse judica-  
tum, & mandato *Papæ* fuisse puerum ba-  
ptizatum, ipsemet *Navara*, vel addentes  
in fine illius Consilii, fatentur.

Ita, & in casu nostro. Puella fuit de man-  
dato Judicis ritè, & rectè baptizata.

77 Dantur, & alii casus in quibus Pater ne-  
gligens curam filiorum à Jure punitur.  
Primò si filius sit furiosus, & Pater ne-  
gligat eius curam, vel Mater, possunt ex-  
hæredari *6. Sive igitur in Auth. ut cum de*  
*Appel. cognosc.*, quinimò, & aliis pœnis  
mererentur puniri, *Auth. liberi furiosi C. de*  
*Episc.*, & viceversa, si filius fu-  
riosum Patrem negligat curare, meretur  
exhæredari, *Merlin. de legitima lib. 4. tit. 2.*  
*9. 13. ubi 9. 14.*, quod Pater negligens re-  
dimere filium captivum pariter exhære-  
dari potest.

## De Negligentia Parochorum.

### S U M M A R I A.

- 1 Cura animarum est ars artium.
- 2 Vitia aliena, quæ Parochus non curat  
tollere, ei imputabuntur in tremendo Dei  
Judicio.
- 3 Parochus omittendo administrare Subditis,  
quæ sunt necessaria ad salutem, peccat mor-  
taliter.
- 4 Si Parochi bene considerarent, quam periculo-  
sus sit eorum status, non sic promptè, & sa-  
cile currerent ad acceptandum onus.
- 5 Sicuti anima prætiorsior est toto mundo, ita

- cura animarum gravior, & periculosior est.
- 6 Parochum negligentem, & inutilem damna-  
bit Deus, licet quoad se bonus fuerit.
- 7 Negligens in Sacramentorum administratione  
pœna arbitraria puniendus.
- 8 Negligens servare ritus in Sacramentorum ad-  
ministratione, potest culpari mortaliter, &  
esset suspectus de hæresi.
- 9 Quod intelligitur in solemnibus Sacramentorum  
administratione.
- 10 Quæ Parochi negligentia regulariter pecca-  
tum

- tum mortale est.
- 11 Parochus, qui puerum in necessitate non bap-  
tizat, est deponendus.
- 12 Nec eximitur ab hoc onere tempore pestis.
- 13 Posset tamen tempore pestis administrare per  
alium.
- 14 Si Parochus certus esset moraliter, quod in-  
firmus peste infectus non haberet conscientiam  
peccati mortalis, tunc posset omittere ad-  
ministrationem Sacramenti pœnitentiæ.
- 15 Parochus negligens administrare Sacramen-  
tum Eucharistiæ, quando subditi tenentur  
suscipere, ut in paschate, vel in gravi in-  
firmitate, peccat mortaliter; non sic si pe-  
tant ex mera devotione, maxime in Civitate;  
peccat tamen venialiter, & si sequatur  
scandalum, peccaret etiam mortaliter.
- 16 Omittens facere denuntiationes matrimonii,  
juxta Tridentinum peccat mortaliter, & est  
suspendendus per triennium.
- 17 Omittens vero, quia alter contrahentium est  
morti proximus, tunc non peccat.
- 18 Negligens administrare Sacramentum extre-  
mæ Unctionis, maxime in casu quo infirmus  
non potuit alia Sacramenta recipere, pec-  
cat mortaliter.
- 19 Peccat graviter etiam omittens prædicare die-  
bus Dominicis, & solemnioribus Festis, jux-  
ta Tridentinum, ad quod per censuras est cogendus.
- 20 Ità omittendo, in Villis maxime, denuntia-  
re vigiliis, & dies festos.
- 21 Limita primò, si semel omittat ex causa.
- 22 Limita secundò, tempore Quadragesimæ, quo  
tempore supplet concionator missus ab Epi-  
scopo.
- 23 Parochus non Sacerdos omittens suscipere præ-  
sbyteratus ordinem infra annum, peccat gra-  
viter, & ipso jure privatur beneficio.
- 24 Limita, si fuerit legitime impeditus.
- 25 Omittens residere in beneficio graviter peccat.
- 26 Limita primò, si non resideat ex dispensatio-  
ne *Papæ*.
- 27 Limita secundò, pro tempore concesso à Tri-  
dentino.
- 28 Non residens non facit fructus suos.
- 29 Quod limitatur in fructibus mere industria-  
libus.
- 30 Non residens, & moriens extra, incidit in  
pœnam spolii.
- 31 Limita, si absit cum licentia, maxime atten-  
ta concordia Cleri Ferrariensis, cum Rev.  
Camera Apost.
- 32 Si Parochus relinquat totam curam Capella-

- no, seu Vicario, negligens culpatur.
- 33 Idem est inutiliter residere, ac nullo modo  
residere.
- 34 Quid plures Animæ de Purgatorio apparen-  
tes manifestarunt.
- 35 Non reparans domum parochialem ex fructi-  
bus beneficii ita, & cætera edificia ruralia,  
graviter peccat.
- 36 Intelligi, si ultra necessaria alimenta sibi red-  
ditus supersint.
- 37 Limita primò, si esset consuetudo, quod Po-  
pulus repararet.
- 38 Limita secundò, ubi sunt redditus pro fabri-  
ca destinati.
- 39 Limita tertio, si plus sit expendendum, quam  
valeat domus, seu fabrica ruralis,
- 40 Tenetur Parochus reparare fabricam, tam ex  
fructibus in præteritum receptis, quam in  
futurum recipiendis.
- 41 Ad populum non spectare reparationem domus  
Episcopalis Comacini, sed ad Episcopum ex  
redditis suæ Ecclesiæ, scripserunt aliqui.
- 42 Beneficiarius in Vita, equiparatur Usufru-  
ctuario.
- 43 Episcopus est sponsus Ecclesiæ suæ, & tenetur  
sustinere onera matrimonii, ex fructibus do-  
talibus.
- 44 Domus Parochialis venit accessorie ad Eccle-  
siam.
- 45 Nequit Episcopus applicare pœnas pecuniarias  
pro fabrica.
- 46 Pensionarii tenentur pro rata ad fabricam  
Ecclesiæ.
- 47 Papulus, & Parochiani tenentur solum in  
subsidiis.
- 48 Congrua conciliaris excludit pensiones, non ve-  
ro onus fabricæ.
- 49 Congrua Conciliaris non debet inservire ad  
luxum, neque ad augendos coniunctos.
- 50 Episcopi primitivæ Ecclesiæ sola alimenta per-  
cipiebant, & idè Sancti.
- 51 Remittitur arbitrio prudentis, utrum ex con-  
grua supersit aliquid, ultra alimenta neces-  
saria.
- 52 etiam redditus incerti in congrua sunt com-  
putandi.
- 53 Verius visum est, non spectare onus fabricæ re-  
parandæ ad Episcopum Comacensem.
- 54 Beneficiatus solum tenetur ad fabricam, si  
redditus supersint ultra alimenta.
- 55 Qualiter id ostendat Em. Card. Capisuccus.
- 56 In principio Ecclesiæ omnes oblationes redige-  
bantur in unam massam, deinde hæc massa